

# CAROLVS QVINTVS

Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Germanie, His-  
 paniarum, Vtriusq; Siciliae, Hierusalem, &c. Rex. Archidux Austriae, Dux  
 Burgundiae, Brabantiae, &c. Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, &c. Notum  
 facimus tenore presentium. Quum Honorabilis Doctus nosler, & Imperij Sa-  
 cri fidelis dilectus Iacobus Spiegel Selestadiensis, Iu. Vi. Doctor, Dni Caf.  
 Maximilianis Aui & Praedecessoris nostri praeclarissima memoria, ac nosler &  
 Serenissimi Principis Domini Ferdinandi Romanorum Hungariae & Bohem-  
 niae Regis, &c. Fratris nostri charissimi, Consiliarius & Secretarius, à prom-  
 ptis annis usq; ad ingrauescentem aetatem suam, eidem Diuo Maximiliano Augustis,  
 nobis & praefato Serenissimo fratri nostro, diuersis arduis & grauib; atque  
 ad. o. ijs in rebus, quib; & taciturnitate, & fidem longe maximam requirunt,  
 fideliter & accurate insruerit, operamq; suam in nostrum, Sacri Imperij  
 clariss. Domus nostrae Austriae commodum & utilitatē, summa cum laude im-  
 penderit, demum uero quum & aetate & uelut a me minus firma esse cap-  
 set, impetrata honesta missione ad uitam tranquillores sese conferre decreuerit,  
 ubi & sibi & literis, quod reliquum esset uitae, liberius transigere possit. Atq;  
 ut hanc quoq; partem temporis, Reipublicae impenderet, omne curam atq;  
 studium suum, bonis Autoribus, tum à situ & mendis uindicandis & repurgan-  
 dis, tum doctis Scholijs illustrandis, in communem studiosorum utilitatem con-  
 uertere non desistat. Nos itaq; honestissimum hoc illius institutum pro utili-  
 uare & promouere cupientes, eidem Consiliario & Secretario nostro Iacobo  
 Spiegelio hoc Priuilegium clementer indulgimus & concessimus, tenoreq;  
 presentium concedimus & indulgemus, ac publico edito cautam esse uolun-  
 tatis artes fuerint, quae ille, aut ab se correctae, aut Scholijs illustratae, & uel  
 nusquam editae, seu impressae: uel antea editae, uel alibi excusis emendatae in  
 publicam studiosorum utilitatem alicui Typographo sibi grato, intra proximi  
 decennium à datis presentium continue numerandum, excudenda dederit, ne  
 quis alius praeter eundem Typographum (quisquis ille fuerit) huiusmodi uolu-  
 mina seu exemplaria, intra quatuor annos ab eorūdem editione imitari, seu  
 aut aliter generis Characteribus procurare, aut alibi excusa intra  
 Roma

Rom. Imperij ad portare, uel aliunde importata uendere, distrabere, aut ut ista  
ab alijs fiant, autor esse operamue, consiliūmue suum, palam uel occulte adhi-  
bere, aut prestare ausit, sub multa decem Marcharum auri puri Fisco nostro im-  
periali fraudis uindicti, & prefato Spiegellio Consiliario nostro ex quo pen-  
dendarum necnō anustionis exemplarium, quæ Typographus ille qui prædicta  
uoluntate Spiegellij imprisserit, ubicunq; locorum nactos, per se suos  
ue, uel adiuuante Magistratu loci, uel non iuuante arripere, ac in potestatem  
suam redigere possit. Mandamus proinde omnibus & singulis Typogra-  
phis, Bibliopolis, & alijs quibuscunq; nostris & Imperij subditis, cuiuscunq;  
status, ordinis & conditionis, ut hoc nostrum Priuilegium & edictum inuio-  
lenter obseruent & adimpleant, & seruandum curent, neq; quicquam in cōtra-  
rium facere seu attentare præsumant. Quin potius præfatum nostrum Consi-  
liarium Iacobum Spiegellium, uel Impressorem ab ipso deputatum, aut ab illis  
uel altero eorum mandatum habentes, pro præsentis edicti nostri consequendo  
effectu, omni fauore & auxilio prosequantur, quatenus poenas antedictas ma-  
nent euntare. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarū & appen-  
so Sigillo nostro munitarum. Datum in Ciuitate nostra Panormo, die decima  
quarta mensis Septembris. Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo  
quinto, Imperij nostri decimo quinto, & Regnorum nostrorum uigesimo.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ  
Majestatis proprium.

Obernburger-

A 2